



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quae sit differentia inter legem Dei & leges humanas ac Philosophiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

toribus, qui vorantes munera, hoc habent pro  
 gio: *Es möchte der iemg seyn &c.* Esai. i. Omnes  
 diligunt munera, sequuntur retributionem, pupilli  
 non iudicant, & causa viduæ non mouet eos, propheta  
 hæc ait Dominus, conteram scelestos peccatores  
 qui Dominum derelinquunt, cōsumentur. Sophocles  
 3. Iudices eius lupi, vesperè non relinquebant in  
 nē: propheta eius vesani & viri infideles: manē  
 nē, iudicium suum dabit in luce, & non abscondet  
 &c. Pilatus quoq; falsus iudex, & Iudas proditor  
 uocatus falsus suum acceperunt præmium: id e  
 cit propheta Dauid Psalm. 57. Rectè iudicate filij  
 minum &c.

**NONUM DEI PRAECE**  
 ptum, Non concupisces do-  
 mum & cat.

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *Quæ sit differentia inter legem Dei, & leges  
 humanas ac philosophiam.*
2. *Quòd concupiscentia etiam sine externo op  
 re peccatum est.*
3. *Quomodo non debemus concupiscere domum  
 proximi.*

1. **H**AEC est differentia legis Dei ab huma  
 nis legibus & philosophia, quia leges  
 humanæ prohibent externa facta  
 num & operis, & illa punit ac damna  
 i. Tim. i. Lex iniustus est posita &c. id  
 humana potestas & philosophia solam externam et



NG.

abent pro  
Esa. 1. Om  
onem, pup  
et eos, prop  
peccatores  
tur. Sop  
uebant in  
es: manè  
absconden  
s proditor  
ium: idè  
dicare filij

AE CE  
do-

II.

Dei, & leg

externo

iscere dom

Dei ab hum  
ia, quia leg  
rna facta  
nit ac dam  
osita &c. id  
m externa

gunt iustitiam, nihil curantes de interioribus motibus cordis: sed qui fecerit legem, viuet in ea, scilicet temporaliter & coram mundo iustus reputatur. Sed præcepta legis Dei non solùm de externis rebus & factis loquuntur, sed etiam de interioribus affectibus, inclinatione & immunditia naturæ. Quando igitur lex ait, Non concupisces domum proximi tui &cæt. duo complectitur, affectum malum, & causam mali affectus, scilicet ipsum morbum naturæ, qui vocatur peccatum originis: hunc morbum humanæ naturæ non aduertunt leges & philosophia, neque iudicant esse peccatum. Ideò lex Dei accusat eum, est enim lex Dei spiritualis, Rom. 7. id est, Spiritu intùs & corde, non solùm foris opere vult impleri. Et quoniam nemo viuit sine hac concupiscentia, quæ impressa est naturæ, illiq; inhæret inseparabiliter, indè fit quòd nò possumus legi Dei satisfacere, sed habemus opùs aliena iustitia, nempe Christi, ideò illam Apostolus optat Philip. 3. Est igitur hoc præceptum ad cognoscendum morbum naturæ nostræ.

Secundò, quoniam nemo est sine concupiscentia <sup>2.</sup> super terram, nec etiam puer vnus diei, & illa est peccatum Rom 7. Vbi Apostolus dicit, Ignorabam concupiscentiam, nisi lex diceret, Non concupisces: indè est, quòd omnes nascimur peccatores, nam in Adam omnes peccauimus, Rom. 3. & Psal. 13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: & non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Ergò illa concupiscentia vel potiùs peccatum originis seu morbus naturæ, est verè peccatum, & tale, vt damnet hominem, si non tolleretur in baptismo, per iustitiam, CHR I. S T I lex misericordia propter fidem in illum. Tollitur quidem in baptismo, non vt non sit: fomes enim peccati manet, id quod omnes sentiunt, sed vt non imputetur ijs qui non secundùm carnem ambulant:

S 2 Rom.